

*Instrumentum venditionis di
Giovanni a favore di suo figlio Elia*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Instrumentum venditionis di
Giovanni a favore di suo figlio Elia*

1204 febbraio

† In nomine sancte et individue Trinitatis, amen.
Anno ab incarnatione salvatoris nostri Iesu Christi
millesimo ducentesimo quarto, mense februarii, septime
indictionis) et regnante domino nostro Frederico, Dei
gratia rege Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue,
sexto anno regni eius, feliciter, amen.

1

In presencia bonorum hominum ac subscriptorum
testium Potencie, ego Iohannes vendo et trado tibi
Helie, filio meo, unam meam terram sitam in Pantano,
hiis finibus circumdatam, scilicet ab oriente tenent
ecclesia Sancti Mychaelis et Alexius de Potencina, a
meridie tenet Iohannes de Rollando, ab occidente via
publica et a septentrione teneo ego supradictus Iohannes
venditor. Hanc autem terram qualiter est hiis prescriptis
finibus circumdata per designata latera quattuor, una
cum omnibus accessionibus et ingressionibus tibi
prenominato filio meo vendo et trado, pro qua etenim
terra recepi a te iamdicto Helia unciam auri unam et
quartam nomine pretii. Quapropter do et trado tam
tibi quam et tuis heredibus liberam et omnimodam
potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi,
permutandi, nec non et quocumque modo volueritis
alienandi predictam terram. Insuper repromitto tibi et
heredibus tuis defendere et guarentire contra omnes
homines qui te vel heredes molestare vel inquietare
temptaverint tuos more iudiciorum et si ego prephatus
Iohannes vel mei heredes aut aliquis per me vel
per meos heredes super te vel super tuos heredes
venire temptaverimus vel eam deinceps aliquo modo
calumpniati fuerimus seu repetere vel subtraere vobis
P duecentesimo

quesierimus aut defendere et guarentire eam vobis ab omnibus hominibus, ut supradictum est, noluerimus more iudiciorum, debeamus componere viginti regales aureos nomine pene, medietatem tibi et heredibus tuis et alteram medietatem regali curie, venditione prephata rata perpetua permanente, preterea guadium tibi dedi et fideiussorem de guarenticia posui dictum Iohannem de Rollando.

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

P circum datam

P et enim

P qua propter

P possidenti

P venendi

P domandi

P omette tibi

P calumniata

P repecere

P supradicutum

P iudicioirum

Et taliter ego Salustius publicus Potencie notarius hoc instrumentum scripsi quia interfui. (SN) † Signum manus Ardimenti qui et interfuit testis. † Signum manus Robberti de presbitero Muresio qui et interfuit testis. † Signum manus Eunufrii qui et interfuit testis. † Signum manus Guillelmi Rufi qui et interfuit testis. † Signum manus Iohannis de Rollando qui fideiussor est de guarenticia. † Signum manus Guillelmi de Habraam qui et interfuit testis.

13

14

15

P Cunufrii

P omette l'intera sottoscrizione testimoniale

Guglielmo de Habraam, come ha osservato Cesare Colafemmina, rappresenta, insieme ad Elia e a suo padre Giovanni, contraenti del documento, il più antico testimone della presenza degli Ebrei a Potenza nelle fonti documentarie (COLAFEMMINA, *Gli Ebrei fra tarda Antichità e Medioevo*, p. 321). La comunità ebraica, del resto, come attesta un documento del 1322, possedeva a Potenza una tintoria sulla quale il vescovo della città vantava diritti (R. CAGGESE, *Roberto d'Angiò e i suoi tempi*, 2 voll., Firenze 1922, I, p. 462)